



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 502/19/I

B E A T I S S I M E P A T E R ,

Ioannes Iosephus S.R.E. Card. Omella Omella, Archiepiscopus Metropolita Barcinonensis, suas libenter faciens preces Magni Prioris Coadiutoris Sacri et Militaris Ordinis Constantiniani Sancti Georgii, Delegationis Principatus Catalauniae, reverenter exponit Indulgenciarum donum, de mandato Benedicti Pp. XVI, Decessoris Tui, a Paenitentiaria Apostolica, per Rescriptum N. 542/11/I, die 30 Martii 2012 ad septen-nium concessum, valde spiritaliter profuisse et prodesse plurimis christi-fidelibus qui, praesertim die 23 Aprilis, in liturgica commemoratione Sancti Georgii, sacram visitant eiusdem reliquiam in cappella Barcino-nensis Cathedralis Ecclesiae, sub tit. Visitationis Beatae Mariae Virginis, publicae venerationi expositam.

Quo autem spiritalia bona inde manantia in posterum etiam re-dundent, Em.mus Orator petit a Sanctitate Tua ut iam concessa gratia prorogetur. Et Deus, etc.

Die 3 Aprilis 2019

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, vi facultatum sibi de Sanctissimi Patris Francisci mandato tributarum, oblatas libenter preces excipiens, imploratum donum *in aliud septennium* prorogat.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Maurus Card. Piacenza
MAURUS Card. PIACENZA
Paenitentiarius Maior

Christophorus Nykiel
CHRISTOPHORUS NYKIEL
Regens